



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Declaratio 13 ca. erant aut[em] in ecclesia art. 13

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

eius L expirauit. I infra quinque dies secundum Iosephum. L Verbum autem domini crescebat & multiplicabatur. I id est, Herode fidei persecutore occiso Euangelica prædicatio circumquaque diffundebatur, & pluri-  
mi conuertebantur. L Barnabas autem & paulus reuer-  
si sunt. I Antiochiam L ab Hierosolymis, expleto mini-  
sterio. I .i. allatis ibi elemosynis seu collectis ab Antio-  
chia missis, sicut in fine præcedentis capituli scriptum  
est L assumpto Iohanne q cognominatus est Marcus. I  
de quo in isto capitulo dictum est.

Elucidatio capituli decimi tertij.

Erant autem in ecclesia.

Articulus decimus tertius.

**E**Rant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ pro-  
phetæ & doctores. I quemadmodum scribit apo-  
stolus, in primitiua ecclesia fuerunt diuersa do-  
na gratiarum, officiorum & statuum, iuxta illud. I .i. ad  
Cor. I .2. Quosdam posuit deus in ecclesia, primo aposto-  
los, deinde, prophetas, tertio doctores. Itaq; prophetæ vo-  
cati sunt, propt̄ reuelationem futuroꝝ. Doctores prop-  
ter scripturarum interpretationem, populor̄ informa-  
tionem, prætorum enarrationem. R ōt̄ q̄q; ad eosdem  
referri. Nā quidam eorū prophetæ erant pariter & do-  
ctores L in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur  
Niger. I ad distinctionem Simonis petri. Et dictus est ni-  
ger, vel a colore, si niger sumatur latine. Vel quasi ascē-  
dens a virtute scilicet in virtutem, si Niger sit nomen  
Hebræum. Niger enim quādoq; Hebræum est, & inter-  
pretat̄ ascendens. Veruntamen aliqui sortiti sunt hu-  
iuscemodi noīa absq; inexistētia, proprietatis actionis seu  
q̄litas designatæ p̄ ipsum, imo aliq; a contrario sensu  
noīa sortiuntur L & Luctus Cyrenensis. I a Cyrene ciui-  
tate sic appellatus. L & Manachen, qui erat Herodis  
tetrarchæ. I qui vocatus est Herodes Antipas quē Chri-  
stus nominat vulpem, & decollauit Iohannem. L colla-  
taneus. I .i. eodem cum eo lacte educatus L & Saulus.  
Ministrantibus autem illis domino. I in actibus virtuo-

fis, in obseruantijs præceptorum & consiliorum, in con-  
 uersione aliorum & ieiunantibus. Vt caro per omnia  
 castigaretur, atque in seruitutem spiritus redigeretur  
 mentisque in spiritualibus ditaretur, & ad contemplanda  
 erigeretur superna. Quanta nempe sit virtus ieiunij li-  
 quet ex eo, quod de durissimo malignorum spirituum  
 genere ait Saluator. Hoc genus dæmoniorum in nullo  
 potest extirpi, nisi in oratione & ieiunio. Denique (sicut  
 in præfatione cantatur) deus corporali ieiunio vicia cõ  
 primit, mentem eleuat, virtutes largitur & premia. To  
 bia quoque Raphael angelus protestatur. Bona est ora  
 tio cum ieiunio & eleemosyna. *[dixit spiritus sanctus]*  
 vel per inspirationem internam, vel per aliquem pro-  
 phetarum istorum, siue per angelum. *[Segregate mi-  
 hi]*. i. ad meum honorem a vestra societate, seu grege  
 vestro corporaliter atque localiter separate. *[Barna-  
 bam & Saulum, in opus ad quod assumpsi eos]*. id est, ad  
 prædicandū in gentibus ad quod eos elegi, conuerri, &  
 mihi per gratiam iunxi. Vnde ad Romanos primo  
 apostolus de se loquitur. Paulus segregatus in Euan-  
 gelium. *[Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque  
 illis manus, dimiserunt eos]*. ut irent euangelizare in  
 gentibus. Verum quia hic dicitur, quod imposuerunt  
 eis manus, videlicet in modum ordinandorum in sacer-  
 dotium, dicunt nonnulli, & habetur in Scholastica, hi-  
 storia, quod præfati sancti in Antiochia, audito spiri-  
 tus sancti consilio, orantes pro paulo & Barnaba, mise-  
 runt eos Hierusalem ad Petrum Iacobum, & Iohannē  
 tunc existentes ibidem. Qui audito spiritus sancti man-  
 dato gauisi sunt, imposueruntque eis manus, quā manuū  
 impositio ad apostolos ptinebat. Sed quoniam litera  
 non videt hoc velle, alij opinant, quod iam in Antiochena  
 ecclesia fuerunt quidam episcopi ab apostolis ordinati ad  
 regendam multitudinem fidelium, qui tunc ibidem vchemē-  
 ter multiplicati fuerunt. Episcopi autem sunt apostolorum  
 successores, ideo ad eorum officium spectat impositio  
 manuum, potueruntque Paulo & Barnabæ manus impo-  
 nere. Vtrum autem præter impositionem manuum aliā

Tobi. 12.

ordinatiōis solemnitate circa eos celebrauerint, tres  
 prædicti apostoli, siue alij quicumque episcopi, non est  
 certum, vt Scholastica ait historia, quæ etiam perhibet  
 quod nec de apostolorum ordinatione aliquid legitur  
 vel quod Christus eis manus imposuit. De petro tamen  
 certum habetur, quod Antiochiæ celebrauerit missam.  
 Sed potuit apostolis pro ordinatione sufficere quia di-  
 ctum est eis a domino, hoc facite in meam commemo-  
 rationem, & licet tunc non interfuerint Paulus & Bar-  
 nabas, tamen quia postea electi sunt ad apostolatam cō-  
 filio, imo præcepto spiritus sancti, forsan in hoc cum  
 alijs apostolis fuerunt priuilegiati, nec alia ordinatio-  
 nis solemnitas circa eos celebrata est, & multi in primi-  
 tiua ecclesia sine hac solemnitate ordinationis, ad sacer-  
 dotium sunt promoti, etiam multi laici sine diaconio  
 & præcedentibus ordinibus, facti sunt sacerdotes. Insu-  
 per Beda hic ait. Videtur Saulus iuxta historiam ordinē  
 tertio decimo post domini passionem anno apostola-  
 tum cum Barnaba, Pauliq; accepisse vocabulum. Quar-  
 to decimo autem anno iuxta eundem Iacobi, Cephæ  
 scilicet petri, & iohannis ad gentium magisterium fuis-  
 se profectum, nec historia Ecclesiastica repugnat, di-  
 cens apostolis præceptum fuisse, vt annis duodecim in  
 iudæa prædicarent, quia duodecimo anno non statim  
 reliquerunt iudæam, sed decimo tertio exire ceperunt,  
 & paulatim egressi sunt. [ Et ipsi ] scilicet Paulus &  
 Barnabas [ missi a spiritu sancto, abierunt Seleuciam ]  
 quæ est ciuitas Syriæ maritima a Seleuco rege Asiæ de  
 quo secundo Machabæorum habetur constructa, & no-  
 minata vt dicitur [ & inde nauigauerunt Cyprum ] in  
 sulam supra memoratam [ & cum venissent Salami-  
 nam ] urbē Cypri in qua Barnabas natus & passus fer-  
 tur, nūc Constantiam dictam secundum Bedam, quæ et  
 sita est in parte illius insulæ orientali, respiciens Syriā  
 [ prædicabant verbū dei in Synagoga iudæorū ] quibus  
 vbum dei fuerat primo denunciādum, secundum qd in  
 fra paulus fatet. Vobis optebat primū loqui vbum dei  
 Porro scdm Bedam, vbi cunq; dicitur in Synagoga, in

sinuatnr factū in ciuitate q̄d legit . ¶ Habebāt autem &  
 Ioannem in ministerio ¶ suā p̄dicationis. Iste est Ioan  
 nes cognominatus Marcus, de quo p̄cedentibus capi  
 tulis dictum est . ¶ Et cum perambulassent vniuersam  
 insulam ¶ Cypri ¶ vsque Paphum ¶ occidentalem in  
 sulā urbem . Paphus secundum Bedam est ciuitas Cy  
 pri maritima iuxta insulam Veneris , quondam carmi  
 nibus poetarum famosa, quæ frequenti terræmotu lap  
 sa, nunc ruinarum vestigijs, quid olim fuerit ostendit  
 ¶ Inuenerunt quendam virum magum pseudoprophe  
 tam ¶ qui opera magica arte facta , dixit diuina ¶ Iu  
 dæorum, cui nomen erat Barien, qui erat cum procōsu  
 le Sergio Paulo viro prudente ¶ qui fuit magnæ digni  
 tatis & proconsul, id est, secundus a consule , cui causa  
 quæstus, & ambitione honoris comunxit se magus ad  
 deceptionem ipsius . ¶ Hic accersitis Barnaba & Paulo  
 desyderabat audire verbum dei. Resistebāt autem illis  
 Elymas magus, sic enim interpretatur nomen eius, quæ  
 rens auerterte proconsulem a fide . ¶ Christiana, per q̄  
 illius magicæ artes confondebantur . Horum duorum  
 nomnum, scilicet, Elymas & magus, vnum est inter  
 pretatio alterius . Elymas enim secundum Scholasticā  
 historiam interpretatur magus, sicque commune nomē  
 maleficorum appropriatum est huic . Alij dicunt quod  
 Elymas interpretat dei mei mensura , vel sensus , sicq̄  
 iste fecerit se vocari , vt dei nuncius crederetur , & ita  
 nomen Barien , p̄fato modo exponitur Elymas , hac  
 de causa . ¶ Saulus autem qui & Paulus repletus spiri  
 tu sancto, inuens in eum dixit . ¶ Hoc loco Saulus, pri  
 mo vocatur Paulus , estque hoc nomen sortitus secun  
 dum multos sanctorum doctorum a Paulo proconsule  
 quem conuertit . Homines enim aliquando consueue  
 runt nomina ex aliquo notabili facto sortiri . Verun  
 tamen secundum Origenem semper fuit binomius, vñ  
 tādicit Saul⁹ qui & Paulus. Quasi dicat. Vtroque vo  
 catus est nomine. Vel post suam ad Christū conuersio  
 nem, vocauit se paulum, quasi humilem & modicum.  
 ¶ Q̄ plene omni dolo & oī fallacia ¶ quia verbis & ope

IN ACTA APOS. EXEG.

psalm. 5. ribus fraudulentus. Virum autem sanguinum & dolo  
 Esai. 32. sum abominabitur dominus. Et Esaias testante, Fraudu-  
 lenti vasa sunt pessima. [fili diaboli.] per imitationem  
 Sapien. 2. doli & viciorum, iuxta illud Sapientiae. Imitantur illū  
 Ioan. 8. qui sunt ex parte ipsius. Hinc Ioannis octauo ait Salua-  
 tor iudæis. Vos ex patre diabolo estis [inimice omnis  
 iusticiæ.] legis naturalis, legis scriptæ, legisque Euan-  
 gelicæ [non desinis subuere vias domini rectas.] i.  
 diuina præcepta, documenta, consilia, quantum in te  
 est cõculcas, atq; ab alijs tollis, & prauè exponis. Huius  
 magi meminit in libro de diuinis nominibus (puto)  
 diuinus Dionysius, asserens stultam fuisse obiectio-  
 nem quam verbis Pauli obiecit, quibus Paulus affir-  
 mat ad Timotheum, deus seipsum negare non potest, et  
 arguit Elimas, quod secundum hoc, deus non esset om-  
 nipotens, quasi veritatem negare, mentiri, peccare, po-  
 tentiæ, & non potius impotentiæ atque miseriæ esset.  
 L Et nunc ecce manus domini super te. Id est, diuina  
 potestas te puniet L & eris cæcus non videns solem.  
 nec lumen eius L vsque ad tempus. Vt per tuam corpo-  
 ream cæcitatem, innotescat spiritalis cæcitas tuæ men-  
 tis. Et vt intus priuatus es luce atque iutuitu solis iu-  
 sticiæ, scilicet, Christi, sic foris priuaberis materialis  
 solis aspectu. L Et confestim cecidit in eum caligo &  
 tenebræ. scilicet, in instanti. Virtus enim dei cum sit  
 infinita operatur in instanti. Quod item factum est ad  
 declarandum quod excæcatio illa miraculosa fuit non  
 naturalis L & circuiens quærebat, qui ei manum da-  
 ret. L territus enim fuit sentiens plagam dei, & instar  
 cæcorum in gyro se vertit quærens ducatum & susten-  
 tationem ne laboretur in præcept. L Tunc proconsul  
 cum vidisset factum. Itam miraculosum L credidit, ad-  
 mirans super doctrina domini. Id est, altitudinem sa-  
 pientiæ Christianæ, & virtutem miraculorum quibus  
 confirmabatur. Nouerat enim tamquam vir prudens  
 quod deus fons veritatis, non perhibeat testimoniū  
 falsitati, ideo cernens apostolorum istorum doctrinā  
 huiuscemodi miraculo confirmari, mox credidit &

a. Timot. 2

magum abiecit. ¶ Et cum a Papho nauigassent Paulus & qui cum illo erant ¶ scilicet, Barnabas, Ioānes, & forsitā plures . Nam & id credi potest, quod aliqui de ministris proconsulis eius conuersione & instructione inducti, pariter sint conuersi ¶ uenerunt Pergen Paphlyiæ. ¶ Pergen est maritima ciuitas prouinciæ Asiæ, quæ prouincia uocatur Pamphylia iuxta Bedam . ¶ Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Hierosolymam. ¶ De causa suæ abscissionis infra dicitur ¶ Illi uero ¶ scilicet, paulus & Barnabas ¶ pertranscentes per gen, uenerunt Antiochiam pisidiæ. ¶ pisidia est prouincia asiæ, & Antiochia sita in ea, alia est ab antiochia Syriæ supra memorata & in scripturis celebriori, quæ olim Reblatha, & Remath magna dicebatur . ¶ Et ingressi Synagogam die sabbatorum sederunt. ¶ quasi uere mansueti ad audiendum uerbum dei, & prompti ad prædicandum . ¶ Post lectionem aut legis & prophetarum, miserunt principes Synagogæ ¶ uidelicet, prælati inter Iudæos ¶ ad eos dicentes. Viri fratres, si quod est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. ¶ Ex ipso enim apparatu, probitate & grauitate pauli & Banabæ, considerauerunt eos esse uiros religiosos ac sapientes . Siquidem sapientia hominis lucet in facie eius . ¶ Surgens autem paulus ¶ principibus & toti congregationi honorem impendens ¶ & manu silentium indicens ¶ ut attentius audiretur ¶ ait. Viri Israelitæ, & qui timetis deum audite. ¶ His uerbis beneuolentiam eorum captat, ut fructuosus audiatur . ¶ Deus plebibus Israel elegit patres nostros ¶ ab æterno, & tempore diuinitus præstituto effectus gratiosus huius electionis impertitus est eis ¶ & plebem ¶ israeliticam ¶ exaltauit cum essent incolæ in terra ægypti ¶ Nam tempore Ioseph & etiam tempore eductionis per Moysen, & paulo ante fuerunt ibidem honorifice sublimati ¶ & per quadraginta annorum tempus, sustinuit mores eorum in deserto ¶ mores inquam peruersos, murmuraciones et rebelliones, quandoque tamen satis acriter correxit quosdam eorum, sed totam gentem

Exod. 16:

Num. 32.

Deut. 29.

IN ACTA APOS. EXEG.

- non deleuit L & destruens Jpartim occidendo, partim fugando, partim in captiuitatem redigendo L in terra Chanaan septem gentes J. i. toridem nationes filiorum Cham, vtpote Chanaanæos. Amorræos. Euæos, Iebusæos, Phereæos, Ethæos, & Gergeæos L sorte J. i. p for-  
**Esa. i. 23.** tium missionem L diuisit eis terram eorum J per manus Iosue, Eleazari, & principum tribuum filiorum Israel. sicut in Iosue legitur. Duabus tamen tribubus ad midia ante per Moysen fuit diuisa pars terræ trans Iordanem L quasi post quadringentos & quinquaginta annos. J Computatio annorum istorum secundum Bedam atq; Scholasticam historiam inchoatur a natiuitate Isaac, a qua vsque ad exitum Israel de Aegypto fluxerunt anni quadringenti & quinque, quibus iunguntur quadraginta anni quibus in solitudine erant, & quæ in terra Chanaan, post quos quieuit terra a prælijs. tuncq; diuisa est terra, sicut in libro Iosue legitur. L Et post hæc dedit iudices J quorum primus fuit Othoniel frater Caleph minor, vt scribitur Iudicum. 3.  
**1. Reg. 7.** L vsq; ad Samuel prophetam J inclusiue, quia & ipse iudex fuit Israeliticæ plebis. L Et exinde postulauerunt regem J nam filij Samuelis iudices a patre suo constituti post auariciam declinauerunt, vt primo Regum habetur L & dedit eis Saul filium Cis virum de tribu Beniamin J quo pro tunc non erat inter filios Israel melior. L Et amoto illo J a regno propter sua peccata, quia in eo honores mutauerunt mores L suscitauit illis Dauid Regem, cui testimonium perhibens dixit. Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum J. i. mihi placentem, seu meæ voluntati conformem, in donis naturæ & gratiæ bene dispositum L qui faciet omnes voluntates meas J id est, volita a me impletis, & mihi obediet. Non talem deus istum improuise inuenit, sed vt talem eum inueniret, prius per gratiam talem fecit, imo ab æterno prædestinavit se illum talem facturum, quo facto talem inuenit qualem voluit & exegit. Et ista est præclarissima laus sancti Dauid. Quid



enim nobiliter voluntati creatæ, quam increatæ dei sui voluntati esse conformem, cum & amicorum sit eadem velle & nolle. Huius deus ex semine. Id est, ex semine Dauid. secundum promissionem. factam ipsi Dauid. eduxit. per generationem ex virgine. Israel. id est, ad salutem populi Israel. saluatorem Iesum. qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, ut dicitur ad Romanos primo. prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius. id est, ante manifestam Christi prædicationem & apparitionem, qua per miracula se dei filium declaravit. baptismum pœnitentiæ. id est, dispositiuum ad pœnitentiam, & in quo Iudæi sua confitebantur peccata, non confessione sacramentali, sed generali. omni populo Israel. qui venit ad eum. Cum autem impletet Ioannes cursum suum. id est, circa finem suæ prædicationis morti propinquans. dixit. Iudæis. Quem me arbitramini esse non sum ego. id est, non sum Christus sicut putatis. Hoc enim superiores & inferiores Iudæorum concorditer existimabant, propter sanctissimam conuersationem Ioannis. Sed ecce venit post me. ad prædicandum & baptizandum per suos discipulos. Christus etiam natus est post Ioannem. cuius non sum dignus soluere calciamenta pedum eius. id est, nec in minimo dignus sibi exhibere obsequium, eo quod incomparabiliter sit maior me secundum diuinam naturam, & secundum assumptam quoque, ut verbo immediate suppositaliter que unitam, & omni gratia secundum totam capacitatem mentis creatæ repleam quasi ineffabiliter maior est me, quia toto vniuerso præstantior. Vnde ad Christi maiestatem habendo respectum non fuit Ioannes dignus ad id, Veruntamen considerando Ioannis obsequium, ut ex charitate, & actuali motione spiritus sancti procedens, meritorium fuit vitæ æternæ etiam de cõdigno scdm multos doctores, & quod ad id, dignus fuit dñm Iesum baptizare, imo sic de uor⁹ sacerdos dignus ē corpus eius et sanguinem cõsecrare, tractare, & sumere, ad quod ne-

Roman. 1.

Luca. 3.

Luca. 3.

Luca. 3.

I N A C T. A P O S T. E X E G.

mo condignus est, si ad Christi dignitatem habeatur  
duntaxat respectus. Postremo verbis his non datur in-  
telligi, quod Christus vsus sit calcijs, quem constat nu-  
dis pedibus incessisse, sed est modus loquendi Hebrae-  
orum. [ Viri fratres, filij generis ] .i. tribus [ Abrahā,  
& qui in vobis timent deum ] quod refertur potest ad  
conuersos ad Iudaismum [ vobis verbum ] .i. prædi-  
catio [ salutis huius missum est ] vel verbum salutis  
huius. .i. verbum dei incarnatum, humanæ actor salu-  
tis missum primo specialiter ac principaliter, ita vt ipse  
met Christus restatus sit, non sum missus nisi ad oues  
domus Israel quæ perierunt. Discipulis quoque præce-  
pit. In viam gentium ne abieritis, sed ad oues perditas  
domus Israel. [ Qui enim habitant Hierusalem ] [puta  
vulgares] & principes eius hunc [ Iesum ] [ignorantes  
Iesse Messiam. Quod quomodo verum sit tactum est  
tertio capitulo super id, scio fratres, quia per ignoran-  
tiam peccastis, sicut & principes vestri] & voces pro-  
phetarum quæ per omne sabbatum leguntur. In Syna-  
gogis seu scholis eorum, quia verba prophetarum de  
Christo non intellexerunt [ iudicantes ] quod morte  
esset condignus [ impleuerunt ] quæ de Christi passio-  
ne prophetata fuerunt. [ Et nullam causam mortis in-  
uenientes in eo ] [ secundum veritatem ] [ petierunt a Pi-  
lato vt interficerent eum ] id est, ex eius sententia per  
milites interfici facerent, quod & fecerunt, [ Cumque  
consummassent omnia quæ de eo scripta erant ] videli-  
cet de eius comprehensione, ligatione, conspuione,  
passione [ deponentes eum de ligno, posuerunt in mo-  
numento ] non vtique ñdem numero interfecerunt &  
deposuerunt, ac sepelierunt, sed illud impij, hoc iusti,  
videlicet Ioseph ab Arimathia, & Nicodemus. Vez  
scriptura more solito loquitur de diuersis quasi de eis-  
dem, sicut in Psalmo: Cum occideret eos quærebant  
psal. 77 eum. Et item: Et non recessit retro cor nostrum & decli-  
Mat. 16 nasti seminas nostras a via tua. [ Deus vero suscita-  
Mar. 8. uit eum a mortuis tertia die, qui visus est per dies mul-  
Luc. 9. tos, his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hi

erusalem. Scilicet viris ac foeminis praesertim Aposto-  
 lis, prout dictum est primo capitulo. Post passionem su-  
 am per dies quadraginta apparens eis. L qui usque  
 nunc sunt testes eius ad plebem. L quod ipse sit Christus  
 pro hominibus crucifixus & suscitatus. L Et nos vo-  
 bis annunciamus eam quae ad patres nostros repro-  
 missio facta est. L de Christi aduentu, & saluatione gene-  
 ris humani per ipsum. L quoniam hanc deus adimple-  
 uit filiis nostris. L i. Iudaeis qui nunc sunt scilicet ad eo-  
 rum salutem, qui si in Christum crediderint immacula-  
 teque vixerint, non habebunt necesse ad lymbum descē-  
 dere, vt patres eorum quantumlibet sancti, sed morien-  
 tes mox euolabunt. L resuscitans Iesum sicut & in Psal-  
 mo secundo scriptum est. L dicente patre ad Christum.  
 L Filius meus es tu. Non adoptiuus sed naturalis. L e-  
 go hodie. L id est, in aeternitatis inuariabili, idiuisibiliq;  
 momento. L genui te. L generatione immateriali, & in-  
 tellectuali. Autoritas ista supra allegata est atque ex-  
 posita, quam hic inducit Apostolus, non ad probandū  
 Christi resuscitationem, sed diuinitatem, de qua iam  
 fuit locutus. De suscitacione vero subiungit. L Quod  
 autem suscitauit eum a mortuis, amplius non reuersu-  
 rum in corruptionem. L hoc est ad vitam immortalem  
 & impassibilem. L ita dicit. L per Esaiam, secundum  
 translationem septuaginta interpretum. L Quia dabo  
 vobis Dauid sancta fidelia. L id est, quaecunque ipsi Da-  
 uid de Christo promisi, vel per ipsum de Christo lo-  
 quutus sum, vobis fideliter adimplebo. Loco cuius no-  
 stra translatio habet. Fertam vobiscum pactum semp-  
 ternum, misericordias Dauid fideles. L Ideoque & ali-  
 bi dicit. L puta in Psalmo, ipse Dauid ad patrem de Chri-  
 sti resurrectione vaticinans. L Non dabis sanctum tu-  
 um videre corruptionem. L id est, corpus Christi, san-  
 cti sanctorum non permittes in sepulchro resolui, aut  
 incinerari. Istud secundo capitulo plenius fuit exposi-  
 tum. Porro quod hoc de Christo, non de Dauid prae-  
 dictum sit, probat Apostolus. L Dauid enim in sua ge-  
 neratione cum administrasset voluntati dei. L ei fideli-

Rom. 9.

Esa. 55

psalm. 15

IN ACT. APOST. EXEG.

ter obediendo, atq; secundum ipsius voluntatem popu-  
lum Israel gubernando L dormiuit & appositus est ad  
patres suos. I quia scdm corpus cum eis sub terra defos-  
sus, & quo ad animam cum eor; spiritibus in lymbolo-  
catus L & vidit corruptionem. I. corpus eius, in pul-  
ueres est redactum. L Quem vero deus suscitauit a mor-  
tuis. I tertia die, vt dictum est L non vidit corruptio-  
nem. Id est, corpus eius post animæ recessum nõ est re-  
solutum. L Notum ergo vobis sit viri fratres, quia per  
hunc. I tanquam per saluatorem, & mediatorem dei ac  
hominum Iesum Christum L vobis remissio peccatoꝝ  
annunciatur. I ita quod eius passione, virtute, ac meri-  
to estis saluati, dummodo in ipsum credatis & charita-  
te iungamini, vt virtus & meritum passionis suæ vo-  
bis per sacramenta Euangelicæ legis applicetur L ab  
omnibus. I scilicet peccatis purgatio L a quibus non po-  
tuis in lege Moyli iustificari. Id est, mundari per sa-  
crificia legis, neque per ipsam legem quia lex illa non  
contulit nec contulit gratiam, sicut lex noua inquan-  
tum includit Euangelica sacramenta gratiæ signifi-  
catua, contentiua, & effectiua. Efficiunt etenim quod desi-  
gnant. Hinc ad Hebræos multa scribit Apostolus. Ni-  
hil inquit ad perfectum adduxit lex, Et impossibile  
est sanguine hircorum & vitulorum auferri peccata.  
Illa enim sacrificia non ex se erant accepta, sed ex offe-  
rentium deuotione. In veteri quoque testamento non  
fuit remedium contra reatum originalis peccati, quo  
ad patriæ ingressum, sed omnes electi illi descenderunt  
in lymbum. Electi quoque qui tunc iustificabantur, nõ  
per legem, sed per fidem Christi futuri, tunc iustificati  
noscuntur. Hinc subditur: L In hoc enim omnis qui cre-  
dit iustificatur. Id est, omnis qui per fidem formatam  
Christo vnitur seu incorporatur, virtutis & meriti  
suæ salutaris passionis consors particepsque efficitur  
Ipse enim est in quo dominus posuit iniquitatem omni-  
um nostrum, qui satisfecit pro nobis cum disciplina  
pactis nostræ fuit super eum, cuius liuore sanati sumus,  
qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in san-

Hebræ. 7  
Esaï. 1.

Esaï. 53.

guine suo. Sed caput membrīs non influit nec ipsa viu-  
 ficantur ab ipso nisi iīdem connectantur, ita vitam gra-  
 tiæ, motumq; virtutum a Christo non sortitur, qui ei  
 per fidem & charitatem non countur. ¶ Videte ergo  
 ne suprueniat vobis, quod dictum est in prophetis. .i.  
 ne pœna prophetice prænunciata vos apprehendat.  
 Quid vero sit dictum in prophetis, adiecit. ¶ Videte cō-  
 temptores & admiramini & disperdimini, quia op<sup>o</sup> e-  
 go operor in diebus vestris, opus quod non credetis, si  
 quis enarrauerit vobis. ¶ Istam scripturam allegat Lu-  
 cas secundum translationem septuaginta, qua tuo tem-  
 pore utebatur ecclesia, & Abacuk primo habetur quod  
 allegat. Nostra quoque sic habet translatio. Aspici-  
 te in gentibus & videte & admiramini, & obstupescite, q̄  
 opus factum est in diebus vestris quod nemo credet  
 cum enarrabitur. Loquitur autem propheta ad literā  
 de captiuitate & punitioe Iudæorum per Chaldæos,  
 quam sibi imminere credere noluerunt prænunciati-  
 bus id prophetis. Hortatur ergo Apostolus Iudæos, ne  
 sicut illi Iudæi ob suam incredulitatem & peruersita-  
 tem inciderunt maximam calamitatem Chaldæo-  
 rūq; rabiem, sic ipsi incidant similem pœnam & manus  
 Romanorum, vel potius dæmonum, qui per Chaldæos  
 spiritualiter designantur. Itaque sensus est. Videte &  
 præcaue-  
 te contemptores verborum dei & promissio-  
 nis diuinæ, & admiramini de magnitudine vestri peri-  
 culi, & disperdimini per vicia & errores, itemq; per ca-  
 ptiuitatem hanc vltimam, qua vagi estis in nationib<sup>o</sup>,  
 q̄ opus ego operor in diebus vestris, videlicet saluati-  
 onem generis humani p̄ Ch̄m, seu incarnationē, passio-  
 nem, resurrectionem & ascensionem ipsius, quod non  
 credetis si qs enarrauerit vobis. Nā, p̄ maiori pte man-  
 serunt increduli. Pōt q̄q; hoc opus intelligi pœna eis in-  
 flicta eo q̄d non susceperunt Ch̄m. ¶ Exeuntibus autē  
 illis. ¶ videlicet Paulo & Barnaba Synagogā ¶ rogabāt  
 principes Synagogæ, vt sequēti sabbato loquerent̄ sibi  
 hæc v̄ba. ¶ Quidā existimāt q̄d maliciose id rogauerūt  
 tanq̄ idignātes de hoc q̄d Paul<sup>o</sup> dixit eos in lege Moy-

abac. i.

abac. i.

abac. i.

IN ACTA APOS. EXEG.

si non posse iustificari, iccirco volebant hoc rursus ab eo audire, vt maiorem contra eum occasionem haberent. Vñ & sequenti sabbato in eundem proruperunt maliciã. Forte tñ bono id aïo p̄cabant vt de tã nouo rumore ac magno negocio plenius instruerent. Postea tñ subuersi fuerunt. ¶ Cum autem dimissa esset Synagoga .i. cõuentus solutus vnoq̄q; ad propria remeante ¶ secuti sunt multi iudæorũ & colentium. ¶ Idem ¶ ad uenarũ Paulum & Barnabã ¶ vt eorũ p̄dicationibus certius imbuerent. Aduenẽ ̄o deum colentes intelligunt q̄ natione erant gentiles, sed religione iudæi seu ad iudaismum conuersi, q̄ profelyti dicebant, vel iudæi de dispersione venientes. ¶ q̄puta Apostoli ¶ loquentes persuadebant eis, vt p̄manerent in ḡra dei .i. in fide Christi misericorditer iustificari exquirerent, non in obseruantijs legis. Dei q̄q; gratuito auxilio inniterent, non legis iusticiã. Aliqui autem dicunt istos iam credidisse in Christum, ideoq; moneri, vt in ea fide p̄manerent. ¶ Sequenti ̄o sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit audire ̄bum dei. ¶ a Paulo & Barnaba. q̄q; infra hos dies inter medios percrebuit fama atq; innotuit. ¶ Videntes autem turbas ¶ gentilium horum ¶ iudæi, repleti sunt zelo ¶ inuidiã contra apostolos ¶ & cõtradicebant his q̄ a Paulo dicebantur. ¶ de Christo ¶ blasphemãtes. ¶ dicendo q̄d Iesus Nazaræus non esset verus Christus. ¶ Tũc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei. ¶ id est, Euangelicam p̄dicationem proponere, quia vt dictum est sæpe, Christus atq; apostoli primo directi sunt ad iudæorum conuersionem, quibus propheticã promissiones tanquam populo peculiari p̄sertim factã fuerunt ¶ sed quoniam repulistis illud ¶ obstinato aïo veritati Euangelicã contradicendo ¶ & indignos vos iudicastis. ¶ id est, facto peruerso indignos monstrastis ¶ vitæ æternæ ¶ quæ est beatitudo vera per Christum reparata ¶ ecce conuertimur ad gentes. ¶ instruendas & conuertendas. Itaque iudæorum infidelitas, obstinatio, rebellio, fuit occasio instructionis, illuminationis,

saluationisque gentium. Propter quod ad Romanos Rom. 11  
 scribit Apostolus. Delictum eorum salus est gentibus.  
 Quod si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & dimi-  
 nutio eorum diuitiæ gentium, quantum magis plenitudo  
 eorum? Sic enim præcepit nobis dominus. Vt iudæis obstinatis  
 relictis, procedamus ad gentes, ad quod auctoritatem  
 Esaiæ. 49. scriptam allegat. Posui te in lumen genti-  
 bus. Id est, ad gentium illuminationem te ordinauit  
 Vt sis in salutem cunctis credentibus vsq; ad ex-  
 tremum terræ. Id est, per omnes terminos mundi. Vnde  
 & Symeon loquens de Christo confessus est deo pa-  
 tri. Viderunt oculi mei salutare tuum. Quod paraisti a-  
 faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem  
 gentium. Et Psalmista. Viderunt omnes fines terræ sa-  
 lutare dei nostri. Sed cum hæc verba sint literaliter dicta de  
 Christo, quomodo Apostoli ea commemorant tanquam  
 de ipsis prolata? Ad quod Beda respondet. Quod de Chri-  
 sto specialiter dictum est, hoc iam sibi dictum arbitran-  
 tur Apostoli, membra, scilicet, illius esse se recolentes,  
 sicut etiam ipse propter eiusdem corporis unio-  
 nem dixit. Saule Saule quid me persequeris? Tanta enim  
 est unio capitis & membrorum. Potest & aliter responderi  
 quod licet hæc verba de Christo pronuncientur ad lite-  
 ram, quoniam tamen executioni mancipata non sunt  
 nisi per prædicationem Apostolorum, ideo Aposto-  
 li congruenter ea de se dicta fatentur. Præterea ut ista  
 auctoritas clarius intelligatur pensandum, quod præ-  
 tacto Esaiæ capitulo, cum vaticinio illuminationis gen-  
 tium excæcatio iudæorum in Christi aduentu apertissi-  
 me prænunciatur. Sic nempe Christus ait ibidem. Et nunc  
 hæc dicit dominus formans me ex utero seruum sibi, ut  
 reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur.  
 Quid enim est Israel non congregabitur, nisi non con-  
 uertetur, nec intra electorum ecclesiam colligetur? De-  
 inde loquitur Christus. Et glorificatus sum in oculis  
 domini & dixit pater est, ut sis mihi ad suscitandas tri-  
 bus Iacob, & facias Israel conuertendas. Dedi te in lu-  
 cem gentibus, ut sis salus mea vsq; ad extremum terræ

Lucæ. 2.

Esai. 52.

Esai. 49.

Esai. 49.

Esai. 49.

IN ACTA APOS. EXEG.

[Audientes autem gentes] suam saluationem prophete  
 tice prænunciatam [gausæ sunt] deo gratias referen  
 tes [ & glorificauerunt ] .i. magnifice laudauerunt, re  
 uerenterq; audierunt [ verbum domini ] id est, Euan  
 gelicam prædicationem, seu Christum qui est verbum  
 sermo, & veritas dei patris [ & crediderunt ] quotquot  
 erant præordinati ad vitam æternam [ id est, omnes  
 prædestinati. His enim quos deus omnipotens & subli  
 mis ad vitam gloriæ ab æterno elegit, in seculo isto de  
 donis gratiæ misericorditer prouidet, atq; de omnib<sup>9</sup>  
 medijs ad consequendam beatitudinē requisitis, inter  
 quæ primum, ac fundamentum est fides catholica, quæ  
 est oculus mentis, vltimum finē ostēdens, atq; ad eius  
 adeptionem omnia dirigens. ] Discriminabatur autem  
 verbum domini per vniuersam regionem [ id est, Euā  
 gelica prædicatio instar feminis per terram gentilium  
 Mat. 13. ] spargebatur in cordibus hominum. Semen namq; ē ver  
 bum dei. [ Iudæi autem ] potissime principes Synago  
 gæ [ concitauerunt ] id est, contra Apostolos prouoca  
 uerunt [ mulieres religiosas & honestas, & primos ]  
 puta rectores & nobiliores [ ciuitatis, & excitauerunt  
 persecutionem in Paulum & Barnabā ] Mulieres istæ  
 atque primarij vrbis videntur primo fauisse Apostolis,  
 Matt. 10. sed per impiam informationem Iudæorum auersi [ &  
 Mar. 9. ] eiecerunt eos de sinibus suis. At illi excussio puluere per  
 Luca. 9. dum in eos vincerunt Iconium. ] Hoc Christus in Euan  
 gelio docuit factendum in testimonium sui laboris, &  
 inexcusabilitatis illorum, qui verbum dei recipere ab  
 nuerunt. Iconium autem secundum Bedam est ciuitas  
 celeberrima Lycaoniæ, est quoq; & alia in Cilicia [ Di  
 scipuli quoque ] id est, credentes in Christum [ reple  
 bantur gaudio ] spiritali, interno ex contemplatione  
 amorosa bonitatis diuinæ, beneficiorumque eius, imo  
 in omni opere virtuoso gaudebant, quæ bona sunt de  
 lectabiliter pagentes. Signum enī virtutis pfecte in ex  
 istētis est delectatio opationi coniuncta. Insuper &  
 in aduersis cordialiter lætatur, videntes se Christi  
 passionibus communicare & conformari, in præsentē



quoq; saeculo aduersitatibus exerceri, vt moris est fili-  
 orum dei & spiritu sancto .i. charismatibus eius  
 in donis atque virtutibus quotidie pficientes. Quanto  
 autem in primitiua ecclesia tribulatio amplius abunda-  
 uit, tanto huiusmodi gaudium magis necessarium fuit  
 ne ibecillitas mentis humanae sub onere ruēs deficeret.  
 Vñ & tñc munificētia spūs s̄cti copiosius se diffudit.

¶ Expositio capituli decimi quarti.

Factum est autem Iconij. Art. XIII.

**P**rosequitur sanctus Lucas processum Apostolicae  
 praedicationis in vrbe Iconio. ¶ Factum est autē  
 Iconij vt simul introirent in Synagogam Iudaeo-  
 rum & loquerentur ¶ Paulus & Barnabas existentibus  
 in Synagoga ¶ ita vt crederet Iudaeorū & Graecorū ¶  
 id est, gentiliū quorundam, forte profelytorum, seu  
 Iudaeorum ex Graecia ¶ copiosa multitudo ¶ in quo  
 fructus praedicationis huius ostenditur, quae varijs mi-  
 raculis diuinitus confirmabatur. ¶ Qui vero incre-  
 duli fuerunt Iudaei suscitauerunt ad iracundiam ani-  
 mas gentiliū aduersus fratres ¶ id est, Christianos  
 praecipue contra Apostolos, asserendo quod nouam &  
 falsam sectam inducerent, & agerent contra Roma-  
 nos. ¶ Dominus autem dedit cito pacem ¶ Ipse enim  
 ad nutum corda immutat, & quocunq; voluerit ver-  
 tit ¶ Multo igitur tempore demorati sunt ¶ in vrbe hac  
 ¶ fiducialiter agentes in domino ¶ id est, imperterrita  
 mente euangelizantes ¶ testimonium perhibente ver-  
 bo gratiae suae ¶ id est, ipso domino attestante verita-  
 ti Euangelice praedicationis, in qua gratia & misericor-  
 dia dei maxime commendatur, docetur & continetur.  
 Quomodo autē attestatus sit subditur ¶ dante ¶ Ideo ¶ si-  
 gna & prodigia fieri per manus eorum. ¶ id est, per pe-  
 ces, virtutes, & ministeriū Pauli & Barnabae. Haec tamē  
 miracula Lucas breuitati studēs nō recitat. ¶ Diuisa est  
 autē multitudo ciuitatis .i. discors effecta ¶ & quidam  
 quidē erāt cū Iudaeis ¶ videlicet, infideles ¶ qdā vero cū  
 Ap̄tis ¶ scilicet conuersi ab eis. ¶ Cū autē factus esset im-